



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

c. 18. Vt inquisitionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

pis, quin & ipsi auctoritate ordinaria, vel delegata (si habent) in eodē procedere valeant, nolumus derogari. Vtūm ut dictum inquisitionis negotium efficacius, melius vtiliusque procedat: cōcedimus, quod per Episcopos ipsos, & per Inquisitores de facto eodem inquiri valeat communiter, vel diuisim, & si diuisim processerit, teneantur sibi inuicem communicare processus, vt per hoc possit melius veritas inueniri: & nisi hoc casu Inquisitores in sententia prolatione diuicelana vel e contra duxerit deferendum, per utrosque simul sententia proferatur: in qua ferenda, si nō conuenerint, per utrosque negotium sufficēter instructum ad sedem Apostolicam remittatur. Sine autem ordinaria, siue delegata Episcopi potestate procedant: illum in procedendo modum obseruent, quem Inquisitores possunt, & debent per iura cōmunia, vel per speciales concessiones seu ordinationes Sedis Apostolicę obseruare.

Idem.

Episcopis, & Inquisitoribus heresis non resistat sed omnino pareant. Domini temporales: & de eo crimine non cognoscant: alias prout dicitur hic, puniuntur. hoc dicit, secundum Zen.

C A P. XVIII.

† Vide Eym. 3. p. q. 35. & alijs multis,

VT Inquisitionis † negotium contra hereticam prauitatem ad Dei gloriam, & augmentum fidei nostris temporibus prospere retur, leges quasdam per Federicum olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romane persisteret Ecclesie promulgatas quatenus Dei, & Ecclesie sancte sue honorē promouent, & hereticorum exterminium prosequuntur, & status canonicis non obsistunt) & approbantes, & obseruari volentes, vniuerso seculi potestates, & Dominos temporales ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorumque locorum rectores, quibuscunque dignitatibus vel officijs aut nominibus seantur, requirimus, & monemus, vt sicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defensione fidei diuicelanae Episcopis, & Inquisitoribus hereticę prauitatis a Sede Apostolica deputatis, aut in posterum deputandis, pareant, & intendant in hereticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum inuestigatione, captione ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti, & vt prefatas personas pestiferas in potestate seu carcere Episcoporum, aut Inquisitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipsi, vel aliqui ex eis mandauerint, intra eorundem dominorum potestate, uel rectorum districtum ducant, vel duci faciant sine mora vbi per viros catholicos a prefatis Episcopis, seu Inquisitoribus, vel eorum aliquo deputatos sub arcta, & diligenti custodia teneantur donec eorum negotium per Ecclesie iudicium ter, minetur. Vtq; de heresi a diuicelano Episcopo vel Inquisitore seu Inquisitoribus condemnatos prefati potestates, Domini temporales, siue rectores, vel eorum officiales, seu nuntij sibi reli-

quos statim recipiant in dilate, animaduersione debita puniendos: non obstantibus appellationibus, & seu proclamationibus predictorum nequitiarum filiorum: cum tam secundum ordinationem predictorum nostrorum, quam secundum legem Imperialem appellationis, & proclamationis beneficium expresse sit hereticis, & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum. Prohibemus quoque districtius potestates dominis temporalibus, & rectoribus eorundem que officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquo modo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine absque dictorum Episcoporum, siue Inquisitorum aut saltem alterius eorundem licentia, vel mandato a carere liberent aut executionem sibi pro huiusmodi crimine a diuicelano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore iniunctam, propter prout ad suum spectat officium facere seu adimplere detractent: vel alias diuicelanos, aut Inquisitorum iudicium, sententiam seu processum directum, vel indirectum impedire presumant. Si quis vero de predictis potestatibus dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, seu balliuis contra predicta fecerit, aut prefato fidei negotio sepefatis diuicelano Episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte presumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire, necnon & qui scienter in predictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se uouerit mucrone percussus: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, extunc velut hereticus condemnatur.

Idem.

Bona hereticorum ipso iure sunt confiscata: quod probatur triplici argumento legali. Sed apprehensio bonorum fieri non debet per dominum secularem, nisi prius pronuntiatum fuerit super crimine, per iudicem Ecclesiasticum, qui hoc possit. Ioan. And.

C A P. XIX.

QUAM secundum † leges civiles nefarias, naturę contrarias incestas nuptias contrahentes, eos ipso suarum dominium rerum perdat: Et mulier humanam legem transgrediens (& presertim parentibus suis non consentientibus) raptoris nuptias eligens, bona omnia, quę per legem sibi obenerant a rapto, ac alijs consortibus, raptus, ipso iure amittat: eorumque casu deferantur in fiscum. Ac etiam illicitas species transuchens: Aut rerum dictarum profectio nem omittens, earundem specierum, & rerum proprietate hoc ipso priuetur, & fisco rerum, & specierum dictarum proprietate acquiratur: Bona hereticorum (qui grauius, horribilius, ac detestabilius, quam predicti delinquant) ipso iure de fratre nostrorum consilio, decernimus confiscata. Confiscationis tamen huiusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per prin-